



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Analysis Methodica Ivris Pontificii**

**Venator, Daniel**

**[S.I.], 1579**

**VD16 V 541**

De Magistris: Et ne Aliquid exigatur pro licentia docendi. Titulus V.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63204](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-63204)

916 ANALYS. IVRIS PONTIFICI  
DE MAGISTRIS: ET NE AL-  
quid exigatur pro licentia docendi.

*Titulus V.*

*Continuatio.*

**E**xactio præcij, pro docendi licentia conceden-  
da, etiam cuiuscunq; consuetudinis obtenu-  
facta, quandam simoniae specie refert, vt no-  
nat Abb. in c. i. extr. eo. licet propriè simonia non  
sit, sed potius turpe lucrum appelleatur, Innocen-  
tius in c. prohibeas, ext. eo.

*Quis Magister, & unde dicatur?*

Magister dicitur, qui alicuius regiminis, rei vel  
negotij, præ cæteris, curam gerit: quicunq; alium  
instruit vel regit, à monendo, siue monstrando, di-  
ctus, l. quibus, ff. de verb. signifi. Is qualis esse, quā  
scientiam, & qualiter docere debeat? vide Hosti-  
ens. §. qualis, §. quam scientiam, &c., §. & quali-  
ter, eod. tit.

*Quæ Forma constituendi Magistros?*

Vt non solum in qualibet Ecclesia Cathedra-  
li, sed etiam in alijs, quarum sufficere poterunt  
facultates, sub assignatione vnius præbendæ  
prouentus, constituatur magister, idoneus, pro-  
vidus, honestus, & discretus, à prælato cum Ca-  
pitulo, seu maiori & saniori parte Capituli eligé-  
dus, qui Clericos ecclesiarum ipsarum in huma-  
nioribus literis, alijsq; facultatibus gratis instru-  
at, & doceat, c. quia nonnullis, §. verum, c. prohi-  
beas, §. sanè, extr. eod.

*Quæ causa Impulsua?*

Pietas & necessitas, c. quoniam, &, c. quia non-  
nulli, extr. eod.

*quis*



*Quis Finis & Effectus?*

Ne propter inopiā, & legendi studium, & opor-  
tunitas proficiendi subtrahatur. Quoniam Eccle-  
sia Dei, sicut pia mater prouidere necessitati eoru  
tenetur, qui parentū opibus iuuari non possunt,  
c. quoniam, &, c. quia nonnullis, extr.eo.

Secundò. Ut docti habeantur clerici, qui in Ec-  
clesia Dei, velut splendor fulgeat firmamenti, &  
velut stellæ in perpetuas æternitatēs mansuri ad  
iustitiā valeant plurimos erudire: quibus si pro-  
prij prouentus ecclesiastici non sufficient, præla-  
tus cum Capitulo necessaria subministret. Docen-  
tes verò in Theologica facultate, dum in scholis  
docuerint, & Studētes in ipsa, integrè per annos  
quinq; percipient de licētia sedis Apostolicæ pro-  
uentus præbendarum, & beneficiorum suorum,  
non obstante aliqua contraria consuetudine, vel  
statuto; cùm denario fraudari non debeant in vi-  
nea domini operantes, c.fin.ex.eod.

Tertio. Licet cuilibet Magistrorum à Capitulo  
ad signetur vnius præbendę prouétus, & pro The-  
ologo à Metropolitano tantundē: tamen propter  
hoc nō efficiuntur Canonici: sed tandiu tantum  
reditus ipsos percipiunt, quādiū perstiterint in  
docēdi munere, c.qa nōnulli, §. assignetur, ex.eo.

Quartò. Ut quicunq; viri idonei & literati vo-  
luerint regere studia literarū, sine molestia & ex-  
actione qualibet scholas regere permittantur. Si  
qui verò huiusmodi prohibitionis vel præcepti  
exitenterint trāsgressores, illi officijs & dignitatib.  
priuātur. Dignum quippe videtur, ut in Ecclesia  
fructus sui laboris nō habeat, qui cupiditate ani-  
mi, dū vendit docēdi licentiā, ecclesiasticum pro-

M m m 3 fectum

18 ANALYS. IVRIS PONTIFICI  
fectum nititur impedire, c. quoniam, §. dignū, &  
c. quanto, vers. vt quicunq; §. cùm autem, ext. eo.

DE IVDÆIS SARRACENIS,  
Eteorum seruis.

*Titulus VI.*

*Continuatio.*

**A**d simoniæ crimen alijs vitijs proprijs acce-  
dit blasphemia indecensq; cultus, quo Iu-  
dæi, Sarraceni, hæretici, & cæteri impijs se-  
ctis addicti diuinæ traditioni aduersantur.

*Qui dicuntur Iudæi?*

Iudæi dicuntur, qui legibus Mosaicis, absq; fide-  
in Christum Salvatorem nostrum, adhærēt, eas-  
q; ad literam superstitione obseruat, c. cùm Mar-  
thæ, §. cæterū, extr. de celebrat. Missa, &, c. trans-  
lato, extr. de constit.

*Vnde dicti Iudæi?*

Dicti à tribu Iuda, quod illa tribus erat cæteris  
præstantior. Vnde in bellis primam aciem &  
regni priuilegiū obtinuit: scilicet vt de ea sola Rex  
crearetur: sicut ex tribu Leui, sacerdotes accipie-  
bantur, Hostiens. in §. & vnde dicantur, ex eo. tit.

*In quibus Iudæi cum Christianis eodem iure  
& priuilegijs vtantur?*

Licet propria culpa Iudæos seruituti subiecerit  
ipsos tñ tolerat Christiana pietas: ita vt in mul-  
tis ad parem legum obseruantiam cum Chris-  
tianis obstringantur, singularibusq; priuilegijs iure  
indultis gaudeant. Vnde in contractibus leges  
Christianorum sequuntur, coram iudicibus secu-  
laribus

